



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 14. Protestantium motus contra Catholicos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](#)

Sæc. XVII. cunctaretur, Lambertus insalutato Papa  
 A. C. 1702. Roma excessit, milites vero Cæsarei  
 Ferrariensem ditionem mox invasere,  
 brevi tamen tempore ibidem commo-  
 rantes ad Padum ducebantur.

## §. XIV.

*Protestantium motus contra Ca-*  
*tholicos.*

*Gottfrid.*  
*cont. Hist.*  
*Chron.*  
 pag. 579.  
*Theatr. Eu-*  
*rop. t. 16.*  
 pag. 500.

Interea in Ratisbonensibus comitiis  
 omnia dissidiis, altercationibus, ac  
 tumultibus perstrepebant, & Galli Im-  
 perii Circulos a Cæsar's partibus ab-  
 strahere, sibique devincire, tanta im-  
 potentia certabant, ut Ricourtium  
 Franciæ Oratorem, eoquod Cæsarem  
*publicæ quietis perturbatorem* vocare non  
 erubuisse, & Chamoyum itidem Gal-  
 licum Legatum nil nisi dissensionum se-  
 mina spargere intentum Imperio pro-  
 scribere oporteret: Porro Protestantes  
 in turbido pescandum rati, sectam suam  
 a Palatino Electore oppressam questi,  
 ceterorum Augustanæ Confessionis Prin-  
 cipum opem implorarunt, simulque  
 Comitem de Lippa in usurpatione Mo-  
 nasterii Falckenhagensis contra Jesuitas  
 tueri satagerunt: Verum ab Aulico  
 Imperii Senatu hæc flocci habebantur,  
 ac Comiti militaris exactio interminata  
 est. Acrius autem Protestantes insta-  
 bant,

bant, ut quartus Riswicensis pacis ar- Sæc. XVII.  
ticulus religioni Catholicæ favens ab- A. C. 1702.  
rogaretur: in irritum tamen cecidere  
eorum molimina, ac ipse met Pontifex  
Moguntinum, Trevirensim, Salisbur-  
gensem Archiepiscopos, Electorem Pa-  
latinum & Alexandrum Sigismundum  
Augustanum Episcopum, aliosque Præ-  
fules & Abbatem Fulensem datis li-  
teris impense hortabatur, ut nulli o-  
peræ, labori, ac diligentiae parcerent,  
currentque, ne Germaniæ Protestantes  
Cæsaris animum inducant ad suscipiendas,  
probandasque eas conditiones, quas ipsi (ne  
ulterius illum supereret vestigium qualiscun-  
que rationis habitæ in pace Riswicensi Ca-  
tholicæ Religionis) excogitarunt, diu ac ri-  
terque tanquam eidem religioni adversantes  
atque perniciose, opportunam votis suis  
ex luctuoso hoc tempore occasionem afful-  
gere rati, promoverunt. Insuper ad Co-  
lonitzium & Lambertum Cardinales  
hanc in rem die decima sexta Decem-  
bris hæc perscripsit Pontifex: *Cruciant*  
*nos intime, quæ de audia supra modum*  
*adversus res Sacras, verumque Dei cultum,*  
*Hæreticorum licentia atque audacia ad Nos*  
*identidem perferuntur; nam hi veteri odio*  
*contra Ecclesiam incitati, hanc iniquam*  
*temporum conditionem usque adeo in rem*  
*suam vertunt, ut fas sibi esse putent jura*  
*omnia in orthodoxæ Religionis perniciem*

D 3

pro

**Sæc. XVII.** pro libitu violare, proin occupatis alicubi  
A. C. 1702. Catholicorum Ecclesiis per suæ pravitatis  
 Ministris exercitia in eis suo more palam  
 habere, magno fidelium scandalo, atque  
 animarum periculo, non dubitant, & se-  
 dulo contendunt, ne quæ in tractatu Riswi-  
 censi favore Catholicorum statuta sunt, ef-  
 fectum suum sortiantur, deteriora in Ec-  
 clesie præjudicium extorsuri, nisi sit, qui  
 pro Domo Dei murum opponat.

## §. XV.

*Clementis XI. Papæ Constitutiones ac  
 literæ ad diversos.*

*Bull. magn.* *Const. Clem.* *Const. 10.* **H**oc item anno Clemens XI. Ponti-  
 sex Maximus occurrentibus variis  
 negotiis ac dubiis plures Constitutio-  
 nes atque epistolas perscripsit, ac pri-  
 mo quidem declaravit, quod, quoties-  
 cunque Festum S. Xaverii inciderit in  
 primam Dominicam Adventus, illud  
 in proximam feriam secundam unacum  
 indulgentia transferatur: Statuit etiam  
 facultatem erigendi Confraternitates  
 S. Mariæ de Monte Carmelo duntaxat  
 competere Superioribus Generalibus  
 tam Calceatis quam Discalceatis, &  
 ab aliis erectas non esse legitimas. Die  
 autem sexta Januarii Leopoldum Cæ-  
 farem & Ludovicum Franciæ Regem  
 datis literis enixe rogabat, ut a suis  
 mili-